


# COELVM PHILO

SOPHORVM SEV DE SECRETIS  
natura, Liber.

Denuo reuissus & castigatus.



PHILIPPO VLSTADIO PATRICIO  
Nierenbergensi. Authore.

¶ ¶

¶

J: 1596.

### AEQVO LECTORI.

**S**Abes amice lector eam medicinę partem vel nobis illam, qua non succus aliquis amarus agre impingitur, aut crassa reum mistura corpori humano in medicamentum cedit. Verū vt earundem purior secretiorq; potetas, ceu animula quæp; am rebus artificio subducta, tele spiritibus nostris insinuat, vitamq; vegetorem reddit, rem sane que perinde nostri seculi vulgo mediculis incognita erat diu: sic populo huius ope egentis desiderata diutius quæq; aclarissimis primum inuenta medicis, ac processu opero sius exculta principibus solum viris, cæsaribus, regibus, ad ciibus vel medicorum industria fuerat familiaris medicina nunc dei optimi benignitate plebi & salubris & communis ut fieret, ex opera hoc opere curauit Vlftadius. Laudent licer alij aduersum seuissimas ægritudines nobilem Theriacem opem, alij contra affectuum messem Mithridatis medicamentum miris praconij sexdaliūtæ tigra nimirum pro suis facultatibus nunq; fatis commendata, sed ea, quod crassa vndiq; conflantur materia: haud alios quam corporeos pellunt morbos. Hoc autem quis non plane probabit, quod non modo ut corporis pellat morbos, eti; caciſſimum est, verum his pulsis, tam spiritum adauget, quam vitam mirifice prolongas repotens est, quo vel maxime omnium fieri solet, vt quemadmodum elemenis, humoribus, membris, reliquiisque corporis particulis spiritus praestat omnibus, sc̄ quæ hunc seruant refouentes medicamenta, terrenis, crassis impurisq; membrorum remedij præsentia magis sunt. Quare optime lector hanc Vlftadij lucubratiunculam vel qualemcumq; boni coniule atq; misere ex spiritu laboribus, hacreum crassiſſimarum secretionæ ſalubriter consultum esse, tibi persuadeas, qua morbum regium, atq; tonitionem, conuulsionem letalem, lethargum delirium, Spiritum iam deficientem aut his similes animi pereuntis ægritudines: non maiore fide ac dexteritate arcebis vñquam.

Vale bene,

Strennus



Strenuo ac nobili Fœlici de Gennasio, Valentiano, Delphinali  
domino, & contribuli, Philippus Vistadius S.

**S**i vales bene est, ego quidem dei benignitate optime valeo, fœlix omnium fœlicissime. Semper animo volui, quid tibi pro innumeris me collatis beneficijs possem referre, qui sciam in gratitudinem omni vitio ab omnibus defestari magis. Quaenam in mentem, paruum hoc, quicquid est: litterarum manus, vel nostra diligentia ex variorum authorum lectione congettum, tibi dicari tuicq; nominis praesidio in lucem edere, quod & sequo animo te suscepturnum minime diffido. Tametsi breue admodum actus cinctum sit, id tamen te maxime oblectatur non dubito, cum quod nos uarum medicinarum & antiquarum sit velut repositorum cum qd persobficere a Ioanne de rupescissa, Raimundo Lullio, Arnoldo de villa nostra, Alberto magno, secretorum naturerum summis indagatoribus scripta sint, tam philosophica: qd medica & Alchimica pleraq; atq; adeo ut a paucis immo quasi nullis nostra cœte intelligi possunt. Quod eo fieri auctorandum est, quod veterum dogmatum librorum qd hactenus nihil, vel parum viderint. Ad paucorum enim manus peruenisse video Mercuriorum librum, aut testamentum, aut Codicillum aut reliquos Raimundi libros, quos si desideramus, haud facile ad optatum finem pertingerelicebit. Tametsi non ignorē, optimos libros esse quibusdam, qui tamen ab ignaris rerum naturæ contemnuntur atq; anicularum fabulis posthabentur. Quo vel maxime sit, vt nō immerito meæ huic foeturae illusum iri metuam: cum id ipsum Lullo huius disciplinae expertissimo acciderit. Quare cum tanto viro zoilii non defuerint, operi ego meo insidias ponit ab iniuriorum linguis facile conçio. Quod dā enim vel doctiores ac philosophos nature secesserat ab initia inquirentes, male habebit, opus tam a multis celatum, in lucem editi, omnibus commune fieri. Indocti vero contra, non qd labore inuidant, sed quod minus intelligent, exhibilare non desinent. Quare mi fœlix statuimus et hanc nostram lucubratiunculam tuo obtutu editam, a liuidorum defendit linguis, atq; ideo magis, q; non ad scientiarum ostensionem neq; laudis nancienda grata, verum vt communis hominum generi professer, facta. Vale eximium Delphinaliterorum decus, et me, vt soles, am. Ex Friburgo Helvetico, viij. Kalen. Maias, Anno a Christo nato, DDD, XXV.

## PROLOGVS.




Ermultos veterum authorum scripsisse p̄adara volu  
mina cum de quinta essentia, tum de auro potabilis,  
et aquis vitalibus composita, nemo est qui nescit, idip  
sum vero a recentioribus factum esse itidem patet, cum  
autem omnes, qui de arte hac aliquide diderit, adeo mis  
nutim, aut concisim, tamq; obscure scriferunt, ut vidi  
ligerentissimis rei rimatoribus in errorē labi, quamfrus  
ctum consequi promptius fuerit, quos vt seduci misere cognouimus non  
potuimus non aliquam certiore dare institutionem; quæ artis theorema  
ta & operationem contineret, qua seruata ad definitum effectum ire faci  
t e possemus. Edidimus autem hunc librum, fatemur sermone incomposito  
to ac pramature nimis, quod eo factum esse putato, primum ne misere las  
borantibus id temporis quo celandus erat, de effe huius medicina, tū ut  
Tiruncul's rudis ferro effet apertior. Sed iam ad institutū aggrediamur  
regula generali premissa,


## CANON GENERALIS;

Stellarum vim, quæ cœlo philosophico applicantur, cuiususcunq; sunt co  
plexionis naturæ, seu proprietatis, ipsum cœlum perfectissime ad se tra  
hit Lullio, Arnoldo & Rupescissa Authoribus.

Forma



FORMA FVRNI.



A iq Quid

**De quinta essentia.**

**Quid sit quinta essentia cuiuslibet materiae simplicis.**

**Caput primum.**

**P**Rimum ergo sciendum, quid essentia quinta cuiuslibet rei & materie simplicis sit, quo cognito, facile reliqua liquebunt. Marco enim Cicerone teste, omnis ea quae deraliqua datur institutio, a definitione proficisci debet: ut intelligatur de quo sermo habendus sit. Quare quintam essentiam scito esse quinetum esse rei cuiuslibet habentis formam & speciem, & anima subtilissimam extractam a corpore suo tanquam a materia crassiori, & superfluitate quartuor elementorum per subtilissimam & extreman distillationem, quae ut fiat infra docebimus. Ceterum ne miretur aliquis quod a nostris hominibus fuerit incognita diu ars ista, multi enim priscorum philosophorum sic hac in relaborarunt, ut per eam hominis vitam nutrissent, souererent arque quam longissime tribuerent, mortem differrent, statutumq; naturae terminum attingerent, nec ramea, quod vanis promittere facile est, vitam ipsam supra, statutum a Deo finem prolongarent, id quod Paulus ait, omnibus semel moriendum esse, quare corruptibili aliquo medimento vitam perpetuo seruare incorruptam, ut natura aliena est, sic hanc in omnem seruare etatem illelam medicamento incorruptioni vicino, natura potens est, quod ut optimè fat, optimum antidotum est quinta essentia, quae quum res clementaris non sit, sed ceu anima quæpiam a suo corpore secreta, ita ut nulla in ea remaneat qualitas frigida, aut calida: humida vel siccata, quæ habent in se quattuor elementa, reliquaque omnia mixta: Quo vel maxime fit, ut incorruptibilis natura sit proximū quintū hoc esse, sicut quicquid ei coniliceatur, incorruptibile quodammodo esse videatur. Nā conferat & restituit omnes vires q; elementorum excrementa homini depletas. Et sique spiritus vita, qd digerat cuncta indigestibilia, absindagines qualitates superflua. Carnes a corruptione conferuet, elementata confortet, iuuentutem pristinam restaurat, spiritum vivificet, molle induret, durum mollificet, spissum rarificet. Tenue insipisset. Macrum impinguet, Pingue extenuet, Calidum infrigidet, Frigidum inflameret, Humidum deficeret, Desiccatum humecteret, repellatque omnem complexionem corpori aduersam. Proinde humorum superfluorum incommoda extinguit, caronem naturalē insaurat, ita ut ad vitæ sustentationem a summis philosophis conuenientius inueniri nihil potuit vñquam. Iam vero quinta licet essentia habeat aliquid complexionem rei sibi adiunctæ (nam cuīcumq; rei complexionate adiungitur illius, ad se complexionem trahit) Tamen siest sola per se nullam omnino habet in se ex quatuor qualitatibus, arreis videlicet, nec aqueis, nec igneis, nec terreis, quod a philosophis peritis feliciter ex eiusdem definitionis conditione dignoscitur dijudicari potest.

*digere faciem in via  
corruptibili, /  
tum si natura in cor-  
ruptibilius,*

et. Quarto ergo & ultimo scias etiam ipsam quintam essentiam non habere aliquid de elemento terreo frigido vel sicco: quia melancolicas egritudines (quae frigida sunt & siccæ) curat. Ergo pro conclusione vides ipsam nec esse calidam vel frigidam, nec humidam vel secundam, quum sit res temperata naturæ, excedens omnia elementa quæ sub coelo sunt. Quum enī administratur alīcui, facit ipsum corpus temperatum, nec a temperatia sua recedit, afflumento aliquam qualitatum vel complexionum. Nec etiam sequitur quod sit medicina infirmatum frigidarum propterea quod sit natus ræ calidæ, nec etiam cum curen calidas quod sit frigidæ. Nam duo conitarris non possunt in uno corpore existere, quia unum contrarium ab aliis expellitur. Ideo videmus ipsam non deberet dici calidam vel frigidam, nec secundam vel humidam, ex quo curat pticos, qui sunt calidi & secchi, & idropicos, qui sunt humidi & frigidi, sed omnes illæ quattuor qualitates in ea sunt corruptæ & sublate penitus. Et quæcumq; non sit elementum, est tamen res temperata, & elementa ipsa purificata, & extracta a fecibus q; tuor elementorum, quæ sunt corruptionis causa potissima. Segregantur illæ feces tanquam corpus grossissimum a sua materia tanq; ab anima subtilissima per scientiæ distillationem. Quæ quinta essentia vocabulum communem oim retinque formæ habent & speciem ad extrahendū ab ipsa re. Et licet potissimum de vino intelligatur, tamen quæ plures sunt aliae materie, ex quibus eliciti & educi potest ipsa quinta essentia, sicut ex omnibus metallis, ex omnibus fructibus, ex carne, ex ovis, radicibus, herbis & alijs quæ pluribus, sicut infra docebitur. Sed tamen omnia alia excellit quintum esse, propter nimiam suam subtilitatem, & ideo quæ pluribus philosophorum fuit appellatum coelum philosophorum. Nam sicut ipsum coelum se haber erga quattuor elementa, ita etiam se haber coelum hoc philosophorum (quintam essentiam puto) erga quattuor qualitates corporis humani, quod ex ipsis elementis compositum est. Appellature etiam a quibusdam aqua ardens, quoniā in igne (dummodo sit ad suam perfectionem & extremam distillationem deducta, nullam superficiem humiditatem in ipso vase relinquent) ut infra de modo ipsam cognoscendi docebitur) comburitur. A quibusdam vero dicitur ipsa anima vini. Nam sicut ipsa anima nobis licet est suo corpore, siceriam ipsa quinta essentia, quæ per veram distillationem extrahitur, nobilior est ipso vino ex quo educitur. Nuncupatur quoque ab alijs aqua vita, quod vitam humanam a corruptione conferuet, sicut videmus, quod administratur habitibus Sincopum. Et quia vario modo extrahitur, de primo modo dicimus.

Quomodo extrahitur quinta essentia vini per distillatorium.

Caput ii.


A. iiiij. Cognitio

De extractione quintæ essentiae:

**D**Ognito ergo quid sitquinta essentia & ad quid conductat, siue proper quid sitreperata, perpendendum est & considerandum, per quot modos possit extrahi: & a quibus rebus. Et quia extractio hitur a rebus humidis, siccis, calidis, & frigidis, primo dicemus quomodo extrahitur ab humidis, sicut de ipso vino. Et hoc fit ita. Recipere vino rubeo optimo, parum ad dulcedinem declinante, quod nul locomo sitmixtum aut sophisticatum sed sit plane naturale, non nimis recens, nec etiam nimis vetus, sed temperata etatis.

Aut si non poteris habere vinum rubrum, accipe album optimum in quantitate quam volueris, ponatur in cucurbitam. Sicut ibi.

.NOTA.




Visque quo duæ partes sint plene, & tertia vacua. Postea superimponantur alembicus cum rostro, sicut hic est depictus. Ita q[uod] rostrum ingrediatur superiorum partem ipsius receptaculi, cuius forma haec est-




Et omnia bene lutetur cum luto facto ex papyro, longo tempore madefacta, vel ex farina & albumine ouorum facta mixta ad spissitudinem mellis. Poteat etiam fieri secundum Ramund, Lullium, cum silbano vel mafrice molli, vel cum puluere calcis viuæ, incorporato cum albumineoui. Et cum tali luto lutentur supradicta tria vasata ne exhalet virtus anima lis et vegetativa ex materia difficultaria. Et vasata sint lutata, vthic.

De extractione quin. effent.

V



Hoc factō ponatur cucurbita in annulū multa foramina habentem, qui dicitur Tripes archanarum,  
Cuius forma hæc est:



Postea ponatur tripes super furnū habentem caldare amplū, sicut est  
balneū marijita quod caldare repletur prodimido vel p̄duabus ter-  
ris cum aqua, forma autem caldaris hic est.

Et

Degradibus ignis caldarī adaptandis.

Lullius ī  
luce mer  
curiorū.

quatuor caloris sunt gradus,  
sicut in omni quatuor  
complexione.



aut qualitates. Quorum primus est tepidus scilicet vē aqua tepida; ita calidus, vt nullū ei immissum ex membris possit ledi. Secundus vero gradus est calidus, ita vt possit sufferri ab aliquo membro humano citra lesionem. Tertius gradus calidus est, vt si membrum immissum fuerit, ex ipsa possit offendī caliditate. & est gradus proximus ebullitioni. Quartus vero caloris gradus ita vehemens est, vt nullo modo caliditas possit tollerari, quia excedit nimium in calore, et hic gradus est ipsa ebullitione. Dicitur autem quibusdam ignis balnei, ignis primi gradus. Ignis vero cinerum ignis secundi gradus. Ultimo vero ignis ardens. 5 grad. Quartus autem regitur. Secundum vero alios artifas ignis balnei est in primo gradu.

Ignis

Et tripes ponatur super dictum cal dare; & sit immu ratum ipsum cal dare. Vel ponat ī furnum accidie qui circa finem huius capituli de pingetur, & sub tus facito ignem lentum; semp pa rum augmentan do ipsum. Et quā do ipsa cucurbita tepelcit; non vltra augetis ignē, sed semper imitare p fam naturam, in quantum tibierit possibile. Nam ip sa natura ( vt ait Galienus & Lullius ) nil violenti potest pati absq; primeū corrupti one. Quattuor enim ( teste Auctio na ) calorū sūt gra dus, secundū qua tuor complexiōes

### De gradibus ignis caldari adaptandis.

VI


Ignis cinerum in secundo gradu. Ignis arene in tertio. Si vero esset procedendum ad ignem quarti gradus: quod rarissime fit; loco arenę ponatur lymatura martis, & erit ignis feruentissimus. Et tunc ipsa cucurbita debet vndeque lutarī cū argilla, sicut fit in distillatiōe aquę fortis ne ex nimio calore rupereatur, quia lymatura martis quodāmodo candescit. Et per hos quantū vītūos gradus poteris optimē regere ignem, qā facudam Auicenā nam vix poteris, vel cum maximo labore. Circa hoc vēlūm diligentēm huius artis sectatorem; id est qui distillandi vēlūm ministerium, notare qā in omni & quacūq; distillatione ignis numerū debet augmentari vīcū ad quartū gradū, quia ignis esset plus violentus qā natura materiæ distillandæ potest sufficere, et ex consequēti posset violari ipsa natura ex nimio & violento calore. Et ideo ab omnibus artifīs iste quartus modus resūciatur. Ideoq; sunt quidam aromatarī pharmaco-polē & ceteri id genus alij, quibus immērito facultas distillandi permittitur, quum id philosophorū & medicorū (qā nature sunt in dīgatores) peculiarē sit officium. Naturā enim ipsa a Deo optimo maximo ita fuit ordinata, vt nūhī vēhemens possit cōpāti, absq; suū pīlus corruptionē: sicut ex multis philosophorū potest probari opinōib; . Ideo ego consulo huius artis amatorib; , vt hoc in opus egregium a diuinā prōudentiā ad humānū conferuationēm vītē nobis datum, nullo modo sele intromittant, nū si forūm quattuor calorū gradū perfectam habuerint cognitionem, esq; & ignem, vt per omnia deber fieri, sciant temperare. Et ideo in prima distillatione faciens dūsest ignis cum carbonib; lenib; , vel cum ligno valde sicco vīcū ad finem tertij gradū calorū, ita vt balneum propemodū bulliat. In secunda autem distillatione descendes, faciendo ignem, ipsuīq; minuēs per tertiam partem vniū gradū, vel ad duas tertias, et propemodū ad vnum gradū, vt quasi sit diminutus vīcū ad secundū gradū. In tercia vero & ultima distillatione ignis ita est lenuēndus, vt ad primū calorū gradū (que est rapiditas) perdūcatur, non ultra descendes. Et nota qā qui liber calorū gradus habet triā interualla, secundū principiū, medium, et finem. Hoc autem vltērius ita est intelligendū, quare gradus calorū sīt semper minuēndi, quia in prima distillatione materia est grossissima, ita vt etiam distillationi facile obedire non possit, propter impuritatēm et crudam substantiā & per hoc non est similiis alijs sequentib; distillationib; secundā, vel tertie, vel etiam alijs subsequentib;. Ideoq;

Conſilium,

diminutio calorū in pro-  
ſu oppōris.

#### DE REGIMINE IGNIS.

Ideo in prima distillatione ignis est exaltandus per unum gradum usq; ad tertium, ita q; vltimam tertij gradus partem attingat ita quod etiā balneum sit calidissimum, non tamen debet bulire. In secunda distillatione lenius est agendum, quia per primam grossicies materie aliquantulum est attenuata, & ideo non adeo magni ignis est indigens. Et in tertia tanzto subtilius, et ita semper descendendo paulatim in qualibet distillatione



*furnum arcidi*

Modus putrefaciendi materiam rudem.

VII

extenuabis ignem. Quia ut si sepius distillari est, si nimirum cogeres ipsam substitutam qd debet distillari, natura ipsa corripere. Ait ei Galie. & Aristot. qd natura Aristot. ra est incompatibilis & mortalis venerationis. Ideoq; ea qd poteris diligenter ipsi libri. iij. ciendum & perlustrandum est totes animi viribus et conaturibus, ne in tempore phisic. perandis caloris gradibus deficias, quia in hoc vera omnium distillationem pars consistit. Ideoq; totam rei substantiam aperte declarare voluimus, nemella ab alithijs miscuisse videamus. Sequitur forma furni accidae.

Quomodo materia rудis distillatione minus obedientia debeat  
putrefaciendi. Cap. iij.


*Rspicitur vnguiflate,  
materia est ignis qui  
indigendo nutrit. /*

**M**NI DILIGENTIA et accurata industria considerandum est, cuius substantiae sit ipsa materia digerenda dure secundum vel mollis, hoc est grosse vel subtilis, et qui autem arte possit putrefaciendi aut digeri, ut obediat magis distillationi, & vt purum ab imputo grossum a subtili, & contra possit sequestrari. Quicquid igitur hoc sit, ex quo extra here velis quintam esse Gradus tiam per distillationem, primum et ante omnia in simo equino, cui nul putrefactus calor pro accidens attribuitur, putrefiat, et digeratur per duos menes, & actionis. iterum inter primam & secundam distillationem per unum mentem, inter secundam & tertiam per tres hebdomadas, inter tertiam et quartum per quindecim dies, inter quartam et quintam per dies octo, inter quintam & sextam per dies quartuor, inter sextam et septimam per duos dies. Et scias, quod sumus semper debet esse eiusdem calor, quia si calor deficeret, aqua circulatio corrumperetur, et per consequentia materia ipsa, que in quinta essentiam correret redigi, separa return in calore coeli, quod poteris in diametrali linea videre, que ipsam quintam essentiam, que est pars superior, dividit a suis secubus, & hec est pars inferior. Et hic notabis, hos gradus distinctionis & putrefactionis materie suae ita attribuendos esse, sicut supra de gradibus caloris narratum est. Ie circa longiori putrefactione opus est ante distillationem quam postea. Et facta prima distillatione, materia ipsa non tantum grossicie in se continet, & magis est apta ad faciendam quintam essentiam quam erat antea. Et ideo post primam distillationem putrefactio debet fieri brevioriter quam antea, quia materia est effecta suos tilior & defecator quam erat. Et ideo non immerito perpendiculariter est, debere fieri septem digestiones seu putrefactiones, sicut & septem distillationes. Modus autem digerendi secundum philosophorum opiniones hoc modotraditur. Quod quilibet qui vult tale opus perficere, faciat fieri four putrefactam quinque pedum profundam, largam vero duorum pedum, vel paulo tenui plus. Cuius figura debet esse talis, ut hic.

*Modus putr.  
ficiendi. /*

B. Fiat.

Deregimine digestionis.



modus digerendi invenit  
sequitur.

ab omnibus laudatur,  
Tego sic probo.

modus in balneo  
digerendi, /

Fiat fouea, in loco humidissimo, sicut si aliquo cellario. Qua facta, fiat stratum in fundo eiusdem decalte viva per spissitudinem semipeoris, super quo strato fiat aliud defimo equino non nimis putrefacto, vel etiam nimis recenti, super quo strato immpones vasipsum in quo est materia fermentanda. Et in circuitu vasis vndequaque pos natur de ipso sumo, doceat tota fouea impletur. Quo facto madefiat sumus cum aqua tepida secundum magnitudinem & quantitatem fuisse, donec dignoscatur calor circa vas aut cucurbitam & hoc sit communiter in spacio dimidiæ hore. Si autem non fiat in media hora superinfundatur viterius de aqua tepida: & hoc si attribubus vel quatuor

vicibus in hebdomada. Ita tamen quod calx & sumus vetus semper amouetur, & de nouo alia fiant strata, ut superius dictum est. Et hic modus debet seruari in omnibus rebus quas distillare volueris: & ideo fit digestio: quod leniter & absque vilo nature vehementi motu, actione, & mutatione materia grossa magis subtilietur, & distillationis obediat. Digesta vero varie ordinantur, secundum quatuor gradus caloris: ita quod in prima magis sit operandum quam in secunda tercia quarta & alijs, sicut de calefactione balnei prius dictum est. Ideoque in secunda digestione temperatus est agendum: et stratum decalte sit magis tenuis: & stratum sumi magis super agendum:

Secundus. eleuantur quam in prima, et ita vterius in digestionibus procedes usque ad ultimam, in qua non debet fieri stratum de calce, sed tantum defimo. Post digesti

test etiam fieri digestio, ponendo ipsam cucurbitam cum materia digerenda.

Tertius. da per aliquod tempus ad solem in diebus canicularibus. Vel potest etiam modus ponit ipsa materia digerenda in sua phia ha siue cucurbita super furnum digesti, siue fornacem aliquam tempore hiemis. Potest etiam fieri aliqua putrefactione in speculo calibis, ita quod materia digerenda ponatur ad solem inter modus ipsum solem & speculum: ita quod radij solares ad id reuenerent, & ex digesti, calefactio eista potest fieri digestio principaliter in diebus canicularibus.

Quint. Aut quod cucurbita ponatur eiusdem diebus in vale impleto arena, & ca modus lefiat paulatim cum aqua tepida: & cucurbita regatur ab ipsa arena pdua digesti, bus tertii. Aut quod ponatur vas in aquam tepidam, quodammodo in

Sextus balneomariæ. Et hoc potest fieri dupli via. Vna quod habeatur caldere modus in collo formatis: ita quod ignis non sit subitus: quia ex nimia ipsius ignis digesti, caliditate natura magis corrumperetur quam iustificaretur. Alia via est, quod vas

An vinum circulatorie digestum, distillationi sit aptum. VIII

vas in qua materia est digerenda, ponatur in aestate in congerie formicarum, ita ut fundus circulatorij sit penitus sepultus, & quod sol reuerberet super extremitatem, & in hoc vidibus mirabilem digestionem. Septimo & ultimo potest ipsa materia digeri, & putrefieri in mense octobri in vicinacae: quia etiam nullum habet calorem per accidens: sicut & ipse firmus equinus, & ibi quando botri sunt expresi, & haber etiam mirabilem operationem, dum vasa circulatoria in ipsa sepiantur. Et licet amplius non ponantur nisi septem formæ digerendi. Isidorus tamen de lunis per ait, quod si imponantur prunæ incineres iuniperi optime corporiendo ipsum cinerem, quod possit conseruari ignis inextinguibilis per totum annum. Et in hoc cinere etiam possit fieri optima digestio. Et hec sufficiant de putrefactione facienda, & materia digerenda.

in invenire Juniperi.


Quomodo possit cognosci, an vinum digestum circulatorie distillationi sit aptum. Caput. iiiij.

Vnum ergo vinum fuerit ita septem vicibus digestum, vt su pra auditum est, poteris hoc modo probare, an sit ad faciendam distillationem circulatorie. Accipit linteolum, & malefac in digesto vino: postea accendatur cum candelâ: & si vinum cōbūritur ab sc̄ leſione & combuſtione linthei, non est rectificatum sed est verum indicium, in eo superficie aliquam substantiā aquæ. Et ideo semper ad hibēda est opera, vt digeratur toties, & tam diu, vt possit ex eo fieri probatio. Sunt autem nonnulli, qui dicunt zuccarum debere immitti, & si sit bene rectificata, zuccarum cum ipso vino plane comburi. Notabis ergo istud ita digestum vinum nondum posse appellari quintā essentiam, sed ipsum subiectum quintæ essentia. Quum vero pannus in subiecto adiuritur cum ipso, & quod plane perdiderit omnem saporem horris bilen acutum & sulphureum, ita quod gustanti videatur propemodum dulce, & quod nil de fumositate restet in ipsa adiunctione. Et tunc tempore cognosci poteris applicare quintam elementam. Sed in rebus insensibilibus, & nullū saporem habentibus adiuentem est ad fumum, sicut in auro, & argento. & alijs metallis, & lapidibus preciosis, ex quibus extrahitur aliquando in rebus quinta essentia, que aurum potabile ingreditur. Circulatorie vero distillationis vasa sunt diversa a diuersis tradita authoribus. Sunt enim aliqui facientes vas eo modo, quod imponatur alembicus cecus super cucurbita, res? nul & in supremitate faciunt partum foramen, per quod materia immittitur in sapore, siue extrahitur, quando debet circulatorie distillari: & obturatur cum pars re habentia portio viti facta ad id ut vndequaq; benedudatur, ne materia possit exspirare. Potest etiam fieri clausura de argento, eo tamen modo, ut foramen penitus sit obstruatum. Et hoc vas ab aliquibus dicitur Pelicanus. Cuius forma est haec.


B ij Alij

Alij vos  
littera qniz  
si. iiiij. vi  
cibus de  
beat dis  
gni.


Varietatum circulatorie distillationi



Alij vero faciunt vas in omn parte equale, amplum in fundo sicut in collo, cuius forma haec est.



**A**lij vero faciunt vasa circulationis æqualia, ita quod ab una extremitate ad aliam, sicut eiusdem magnitudinis; & in medio haber rostrum, sicut hic est.



Aliqui etiam faciunt vas vi  
treum unius fragmenti, &  
habent duas anas sicut duobrachia; ita q  
anfa ipse a su  
periori parte p  
cedentes ingre  
diantur vens  
træ inferioris,

*Pellamus*

& pars superior habeat paruum foramen cum rostro, per quod immittitur & extrahitur materia circulanda, hoc modo.

Debet autem ipsum foramen optime lustrali, ut de alijs supra dictum est. Et hoc extreum circulatorium vocatur ab aliquibus pelicanus, ab alijs vero vas Hermetis, & est nobilissimum & accommodatissimum inter omnia circulatoria, sed raro possunt fieri, ex quo vitrarij non habent industriam & formam faciendo ex uno solo fragmento. Sed si poteris habere artificem expertum, non dimitas, quin tale fiat pre auro vel argento.

Quomodo sit distillandum circulatorie. Cap. v.

**B**rum ergo cognoueris materiam supradictam per frequenter putrefactionem, satis esse digestam, & supra scripta probatio  
ne experieris, vasaq; ad circulatoriem apta habueris, impone  
materiam in dictum vasculatorium & pone in sumum equi  
num, aut in diebus canicularibus ad solem, aut in balneum Mariæ calefa  
ctum usq; ad primum gradum caloris, vel paulo plus, secundum quod vi  
deris materiam esse temperatam. Subtilitatem per digestionem, & ibi  
longo tempore diminutur, quo usq; in quintam elementum tibi desiderata  
convertatur, & hoc poteris ex ipsa sapore cognoscere, ut supra dictum est.  
Entra diligenter, q; si appareat in fundo vasis ypotheis, hoc est nube  
la quedam turbida, & materia sua debet q; primum separari per distillati  
onem & hoc factio iterum circuletur, ut inceptum est. Aut si commode fieri  
potest, debet colari in aliud vasculatorium, ita ut grollicies materie in  
primo vase relinquantur. Quum ergo diligens huius artis inquisitor par  
tibus ceperit

*nota ignis ubi s. f.*  
*Exmittit,*

*Noit*

Modus distillandi circulatorie.

ceperit quintam essentiam in subtilitatione & purificatiōe materie vini vī<sup>p</sup> fructuum, & simile id cōtingere in omnibus alijs huiusce modi. Et ideo bene credendum est opinioni Aristotelice quod materia ita per distillationem nobilitata & immaterata, non poterit ultra reduci ad formam vel spiritualitatem aliquam, quam sit sine substantia elementata excedens formalitatem & corruptionem; & ideo est quasi corpus coeleste. Nam sicut ipsum coolum se habet ad omnia inferiora, sic etiam ipsa quinta essentia ad omnes complexiones & qualitates. Et quemadmodum omnia sydera cursum suum habent ex nobilitissima influentiā primi mobilium, sicutiam cuncte medicinę quibus quinta essentia admiscetur, virtutem suam attrahunt ab ipsa, quemadmodum adamas ferrum. Sed quoniam adeo magnum exigit laborem, & parit multū fastidij: ideoq; ab omnibus floccipenditur; hinc hit ut nostra gata paucissimi inueniantur philosophi, qui huic rei velint incumbere.

Quæ sit differentia inter circulatorionem & digestionem.

Caput. vi.

**D**ixim opere considerandum est, quid sit descriminis inter circulationem & digestionem. Primo ergo de vītris, quae ad qd liberorum sunt necessaria. Ideoq; oportet, quod habeas ad digestionem instrumenta, & cucurbitas in superiori parte amplas, ad imponendum in ipsas substantiam grossam, super quibus imponendi sunt alembici ceci, sine rostro, ita quod quando in ipsis sit digestum, possis materiam grossam extrahere, amoto alembico caco, & imponendo alium cum rostro. Si autem materia sit clara, cum est semel distillata, & feces non immisceantur cum distillato sicut est in ipsa quinta essentia vini. Tunc poteris capi circulatorium, ita vt infra & supra sit æquale & amplum in vna forma.

In medio vero debet esse striculum, & circa caput inferioris ventris habeat cannale in longitudine vnius digiti, in grossitudinē vero sit minus digito. Sunt tamen aliqui, qui faciunt vasā ad circulandum: quæ appellantur pellicani. Cuius forma est.

In quo possunt resclare digeri, & quodlibet etiam circulari. Sed hec vītra non possunt fieri a vītreariis nostris, quia sunt difficultate facture. Et ipse ego amicūm perceptum habeo Friburgi, qui in partibus Delphinas tuis prope Viennam voluit facere fieri huiusmodi pellicanum a vītreario quodam, sed non potuit habere proprieṭatiō triū librarum Thuringeniarū, quæ sunt apud nos duo fiorenī rhenenses. Quicquid tamen sit, scito, qd hoc

Differentia circulationis & digestionis.

X

hoc ipsum sicut in precio istius instrumenti omnia alia superantur, sicut etiam hoc ad omnia nobiliter est, quam quod cuicunque vas circulatorium quod fieri possit. Et ideo consilio omnibus huius operis studiosis, quod si hoc vitro inservient (dummodo vitrearium expertum inuenire potuerint) nequaque argento vel auro parcant, Erit igitur differentia inter fermentandum siue digerendum, & circundandum; & precipue in hoc, quod considerandum est totis animi viribus: quomodo vitrum sit imponendum. Durn ergo volueris digere: accipiat vna cucurbita cum alembico ceco. Si vero materia est depurata: sumatur circulatoris um: & imponatur materia digerenda, & fiat fouea sicut supra dictum est: in qua fiat stratum de calce viua puluerifata, inspissata in studine trum vel quatuor digitorum: super quo fiat taliud stratum per septem aut octo digitos de fimo equino non nimis molli & putrido: nec etiam nimis duro. Et circa circulatorium ponatur vndeque simus in altitudine sicut est stratum de ijs. Hoc ergo facte: fouea impletatur cum terra in altitudine vnius pedis cum dimidio & ponatur de aqua supra vitrum ita quod descendendo de fimo in calcem caelefaciat simus ipsum. Et omni hebdomada renouetur calx & simus duabus vicibus. Posset etiam ponari in fouea de fimo vel vinacea recenti, absque calce. Quum vero volueris extrahere vitrum, cum materia est satis digesta, caute excipiatur: ne atque quo violento moto concutatur & rumpatur. Dum vero volueris circulare imponendum est vitrum, omni forma & modo predicto. Excepto, quod ipsum circulatorium in supra parte non debet esse occultatum, sed in fimo abstrusum, sed saltus inferior pars instrumenti debet reponi in calce vel in fimo, vscque ad medium partem, & ad omne minus tertia parte debet esse extra simum ad aerem, ut ex frigore iterum descendat quod ab calore in collum circulatorij ascendit. Et hoc etiam potest fieri in balneo mariae, vel in calida arena, ponendo materiam circundandam diebus aliquis ad solem, aut quod ponatur tempore autumni in vinaceam recentem, postquam botti fuerint expressi, sicut iam sepius in antecedentibus notatus est.

De modo extrahendi quintam essentiam absque ullo labore vel expensa. Caput. vii.

B iiiij Perspect



*T<sup>o</sup>A.*

*H. or fac,*

*de s. f. Vini,*

*Deputatio*

*reliquitatio Aquarum Vitæ*

De extractione quintæ essentie:

**N**on speximus illud Vergilianum Non omnia possimus omnes  
Cum quoq; Hesiodus dicat. Non vni dat cuncta deus. Et cum  
propter nimium laborem, qui semper fastidium & naufragia facit,  
& propter magnas expensas, que in hoc opere egregio non  
immerito adhiberi solent, paucos admodum videamus labores  
rare modo predicto. Statuimus igitur tradere modum breviori  
rem, facilorem, & minus expensarum egentem. Scio enim plures esse stu-  
dios huius artis, qui ex ipsa lectione nostrâ operis possint abduci ab  
hoc egregio labore. Ideoq; alium modum illius trademus extrahendi quin-  
tam essentiam vini, faciliter absq; magno labore & expensa. Erit talis.  
Capide vino meliori quod inuenire potueris, siue sit album siue rubrum  
quod parum sit dulce, & hoc distillabis per alembicum quattuor viciis,  
sicut communiter fit apud nos aqua ardens, vel aqua vita, & si potest fie-  
ris sepius, melius fore, vt probatio posse apparere, ipsum fatis superq; ei  
se distillatum, ita quod cum in vas argenteum vel stagnum fuerit impos-  
sum, quod incensum penitus aduratur, ita vt nulla humiditas in vase re-  
maneat, quia haec est vera probatio. Et vînum ita distillatum, est accom-  
modatissimum ad hoc opus distillationis circulatoriae. Haec ergo materia  
ita digesta & rectificata ponatur in predictum pellicanum antatū, que  
iam vas Hermetis nuncupamus, & habeat in summitate foramen, p quod  
immititur & extraheatur materia circulanda. Quum ergo hec materia ita  
fuerit in vase bene lata, & cum luto forti cementato, vt vires materie ea  
porare non possint, & ex frequenti ascensione & descensione ipsa aqua vi-  
te in vram quintam essentiam conuertetur. Et ipsum vitum ita distillatu-  
m, ut supra dictum est, cum habeat omnia quattuor elementa, tamen per cre-  
brum motionem & agitationem, que fit propter ascensum & defensionem,  
decorruptibili in quodammodo incorruptibile transit & conuertitur. Si  
ergo videtur percrebrum ascensum & defensionem distillationis, impurum a  
puro, & grossum a subtili separari, quanto magis id contingit in distillatorio qd  
millies milesies sursum & deorsum agitur, quanto magis existi-  
mandum est putreficari ipsam materiam elementata m, & conuerti in sub-  
stantiam in elementaram & corpus in corruptibile. Igitur quato colum  
ipsum incorruptibilis est ipsi quattuor elementis, tanto magis ipsa quin-  
ta essentia incorruptibilior est corpore elementato. Quum autem illa  
sublimatio multoties fuerit facta in distillatorio predicto, tandem aperiatur  
foramen quod est in summitate pellicani, & ex ipso preciosissimo &  
fragrantissimo odore poteris cognoscere, si fit aliquid ex quatuore ele-  
mentis refans in ipsa materia, quae debet conuerti in quintam essentiam  
Quia si ad Quintam essentiam perfecte venit, exhibit ex circulatorio  
odor fragrantissimus ita etiam preciosus, vt videamur esse ad coelum  
eleuati

ab  $\text{vlo}$  labore vel expensa;

XI

dejati ex eius odore & nimia dulcedine, & apparet quodammodo esse fr  
gratia celestis. Et si aliquem locum domus secretum intret ille fumus,  
adeo replebit totam domum, ut nihil suauius, nul amoenius, nul deniger odo  
rantus vno sensisse videaris, ita ut sit mirabile dictu & cere incredibile. Si  
quocq; ponatur in summitate tauris, omnes aures ad se attrahet, quae circa  
sumuntur vicinijs. Si vero contigerit q; non ita adoleat, iterum dauidat pelli  
canus, & bene luteatur, & rursum imponatur ad distillationem circulatori  
am tadiu, quo usq; apparet effecta ipsa quinta essentia, sive ut vult Ra  
mundus Lullius, primo capite secundo) Mercurius vegetabilis, quod  
semper ex odore super radicem poteris cognoscere. Et non solum habet illum  
odorem et saporem excellentissimum, sed etiam quandam incorruptibilē  
incorruptionem circa alias medicinas, & certenam habet aduersionem  
in ore, sicut aqua vite, neq; etiam aliquam humidatem sive flegmam, quia  
omnis materia terrena & elementaris in fundo resideret. Et sicut ipsum esse  
lum est compositum ex materia & forma; sic etiam ipsa quinta essentia,  
& ideo ipsi celo comparatur. Nec tamen est omnis corruptionis expers  
q; si eēt perfectissima in incorruptionē sine aliquo obstraculo faceret nostra  
corpora perpetua & eternalia, q; ab ipso omnium creaturarum creatore  
permittitur, quem statuerit nobis terminum vite quem preterire non pos  
sumus, ut ait Psalmographus, quia teste Seneca, nihil certius est morte &  
nihil incertius hora mortis. Et ideo quum res aliqua in quintam conueri  
tur essentia, hoc non est diuinum, sed naturale, sit tamen cum admicculo  
& iuuamine omnipotentis dei, sine quo factum est nihil.

Ioan. I.


De modo facilis distillationis circulatoriae & extra hendi quin  
tam essentiam absq; igne. Cap. viii.

**B**rum in hoc opere excellentissimo omnes expensas subterfuge  
re desideres, & (quod maximum est) temporis consumptio  
& perditionem serua, & hanc viā duplicitem extra hēdi quintā  
essentia, poteris hoc facere absq; vlo igne vel carbonib;us. Pri  
ma via est hæc. Accipiat rūmus equinus, & imponatur in qd  
dam vas magnum & profundum, vel in foueam faciam ad hoc, & in me  
dio sumponatur distillatorium impletum cum materia distillanda ad du  
as tertias, & tertia pars remaneat extra summum vacua, quia natura id desi  
derat, ut materia possit habere ascensum & descensum, & possit per conse  
quens in aquam dariissimam conuerti, & hoc sit absq; vlo labore vel igne,  
tamen oporet omni hebdomada renouare summum saltum una vice.

Et

**Facilius modus distillandi circulatorie.**

Et hoc etiam potest fieri in vinacea ut supra dictum est, dummodo accipiatur tempore vindemie statim cum botri in torculari expressi sunt, & in hoc videbis mirabilem operationem. Vel etiam potest fieri diebus canicularibus ad solem. Et ideo diuinia prouidentia eque pauperibus ac diuitibus puidit, ut possint habere modum operationis huius artis. Potest etiam extra hi quinta essentia ex vino turbido, immundo & putrido, dum tamen non sit acetosum. Quia tunc presumendum est, ipsam quintam essentiam ex tali vino ex halasseteorū porata esse, ut ait Lullius libro primo, capite tertio. Et quod vīnū sit putridum et pessima substantia, tamen in ipso semper remanet quinta essentia. Quod ex hoc cognosci potest. Quis enim habet vīnum corruptum, quod in bono loco sit natum, & sicut aliquo modo factum turbidum aut male saporosum, tamen videmus de eo fieri optimam aquam vite. Et ideo non est rei ciendum tale vīnum a pauperibus. Licet enim vīnum sit imperfectum, & aliquo modo corruptum, quinta tamen essentia illius nullo modo est lesa. Alia via extrahendi quintā essentiā absq; vīlo labore vel igne est hac. Recipe nobilissimam aquam vite quam poteris reperire, ponatur in vītrum cum collo longo, habente in summitate foramē, quod debet claudi, & lutari cum tali cera, ut infra docebitur. Vertat vītrum, & cum collo imponatur in fīnum, sic supra multoties est dictū ita quod grossices materie residueat in fundo ipsius distillatorij, & quum aliquando longo tempore fuerit in fundo sepultum, denuo extrahatur ab ipso leniter in forma, sicut est impositum. Cuius forma est hec.



Tunc videbis separationē puri ab impuro, & subtilis a grossō: & omnis materia grossa erit circa collum vītri. Accipe ergo stilum ferreum subtilem & acutū, insigatur ab inferius in ceram, vīcē quo sit per forata vīcē ad aquam. Postea extrahe stilum illum, & exhibet grossices materie terrestris, quae in collo distillatorij residuebat. Et postquam totam diuferis vīcē ad subtilitatem.

Quintę essentię, vertatur distillatorium cum dīgito obstrūsum: & residuum quod in vitro permanet, est ipsa quinta essentia. Sed tamen non est ita preciosa, sicut illa de qua supra diximus. Simili modo potest capi aqua ardens, in vitro posita, directe ut non vertatur, & ita sepeliatur in fundo per aliquid tempus. Postea coletur materia grossa: quae residuebat in fundo, & subtiliori permanente circa collum vasis; tamen etiam non est

Facilis modus distillandi circulatorie.

XII

ita efficax sicut prima. Attrahit tamē oēs virtutes herbarū: & aliarū materiarū, & ideo non est omnino vilipendenda. Reperiuntur etiam multo fa*cti* alius modi ciliores viē pro inopibus & pauperibus, qui non possunt oleum & operā dūs ex*tra* huic operi semper impendere. Sed tamen pie consulo, vt primam viam se*tra* hēdi ceteris, quum sit optima & excellentissima, & fit partio admodum labore, quintā & pauco argento. Nec te pīgeat parvum in hoc tempus terere, & aliquans essentia, tulūm nummorū elargiri. Inuenies etenim, quum fuerit perfecta, mille narium fœnus in ipsa. Si autem volueris extra hēre quintam essentiam de Quinta dolio vīni tempore autumnī, dum adhuc est nouum, & in vase buliens. Quum ergo volueris spīritus educere ex ipso dolio, absq; omni detrimen*to*, vīni fac fieri ex duro & robusto ligno valde sicco cannale vnum in mag*nitudine* brachij, & facpari modo fieri colatorium ampliū, quod ab in*teriori* et ab inferius habeat grossitudinem pollicis, vel paulo plus: & habeat longitudinem duarum palmarum. Intrudatur ergo canale prēdictum in dolium eo mō, vt non sit possibile ipsum facile amoueri: & vas ipsum vndiq; obturetur meliori via qua poteris. Et cum omnia fuerint bene ob*turata* & clausa, pone tres aut quattuor calmos stramineos circa ipsum canale, q̄ si non ita faceres, totum vīnum a dolio secederet & emanaret, & super canale imponatur alemb. & oia cū lintheo optime circū volvane*p*ostea cū lute sapientiē lentetur, & de alia parte vasis pones receptaculum & sinas ita stare, donec vīnum sit defecatum & depuratum: & omnes spīritus in receptaculum transibunt: & hoc sit ab sūllo nōcumento vīni.

Forma autem vasis est hac.



Postq; vero omnes spīritus fuerit colle*cti*, mittantur in distillatorium sive in circulatorium Hermetis. Cuius figura est hac.



Melitus.

Modus extrahendi quintam essentiam ex quatuor elementis.

Melius tamen foret, qd dolium sepeliretur in vinaceis, sed oportet canale esse ita longum, ut extra sumum appareat, super quo ponatur alembicus cum receptaculo, nullo modo vinaceam attingere. Et cum ita una vel alia via spiritus collegensis in receptaculo ponantur in pellicanum, & distillentur circulatorie, omni modo & via vt supra.

De modo extrahendi quintam essentiam a quatuor elementis ad resoluendum in ea Solem pro auro potabili. Cap. ix.

**S**i cum est superius sat, quid sit ipsa quinta essentia, et cuius sit operationis, et quomodo extrahatur a materia sua, & modus extrahendi aque pro pauperibus adiutibus, & cū qua non solum vites auri, argenti, æris, & aliorum metallorum, sed etiam lapidum preciosorum & herbarum elici solent, dum in eam immixtantur. Sed tamen non ignoro, quā plures studiosos ultra p̄ gredi desiderare. Cogor itaq̄ referre, quod ex frequentiore lectione & auctoritate, experientiæ (quærerum est magistra) consecutus sum, scilicet modum extrahendi quintam essentiam ex vino, in qua quidem aurum, argētum, margaritæ, et lapides preciosi, aliaq; metalla dissolui possunt, ad faciem dum aurum potabile, qd tamen magis congruit artistis, qui Alchimia ritulos scruntur, qd medicis. Et sicer multi sunt veterum scriptores, quidocent modum extrahendi quintam essentiam vini per separationem quatuor elementorum, ita qd in vnam redigantur substantiam et effigie quidem ita subtilitatum, et tanq; ab humoribus & omni superfuitate quatuor elementorum extractum, dīc potest quinta essentia: ad resolutionē Solis. Per hanc ergo non solum poterimus ipsum resoluere sed etiam oēs eius vites extrahere, ita qd possit in gredi aurum potabile. Sed certe quicunq; poenitus materiam perspexerit: potius alchimia & medicina conuenire iudicabit. Verum non nego: veteres qd plurimos inuenisse modus huiusmodi: ad dissoluendum Solem: magis tamen aptauerunt ad alchimiam & ad medicinam. Hac ergo arte multi sunt decepti: putantes fieri aurum ex taliquinta essentia. Et qd qd in multis sit constans, & habet apondus: nitorem: & clangorem auri, tamen nostro tempore id vera probatione falsum effuditur: quid in tenuissimas laminas minutum malleat, & in aqua fortium alijs metallis resolutum fuerit, vel etiam per anthimonium (qd ultimum auri est supplicium) probet, vnde ficitus & peregrinus color ad vnguem dignoscitur. Ideoq; Arnoldus de villa noua ait. Vinum in quo lamina auri qua dragiles aut quinquagesies extincta fuerit, apud quosdam loco auri potabilis habetur. Unde etiam Ioannes de Rupescisa ait: qd melius fieret id vnum extinctionis laminarum aurii, si ipsum aurum

Variæ viæ ad eliciendum quinta essentia corporibus. XIII

In quo latent. Ne etiam facias sanguinem humanum, materiam pessime & feride olentem, quia ibi virtus suas perderet: & attraheret omnem fetorem ex oleo sanguinis humani. Et si non fieret ex ipsa terra, ex qua lapis philosophorum componitur, non posses resolutere ipsum Solem. Qui autem purares facere aquam igneam, id plane foret absurdum & nocivum vententi, & ideo non curabis, si sit modicum de hac terra, quia quantumvis modicū maximam habet virtutem. Causa etiam, ne terram alienam accipias, si cut faciunt aliqui, qui capiunt calcem, alij vero cineres salicis, alij tarrarum adustum, alij denique cineres virtutum, sicut iam supra copiose enarravimus. Et cum hac terra aliena estimant se facturos aquam virtutis: quum non sciat se preparare aquam mortis. Sicut autem Geber esse terram & medicinam in compatibilem alterius mixtiōis, vt iam sepius diximus. Ista enim terra virtutem conferit ipsi aquae virtutis, si fuerit ita facta, vt supra docuimus. Oportet ergo habere modum separandi quatuor elementa, vt possis facere veram aquam virtutis: vel potius quītam essentiam, in qua potest resoluti aurum dupliciti modo. Primo cum aqua virtutis, que virtutem suā ex lapide philosophorum attrahit. Secundo vero redigendo aurum in puluerem, siue calcinando, vt infra docebitur. Quā volueris ergo separare quatuor elementā ex ipsa aqua virtutis, siue ex vino, de quā sit aqua virtutis, oportet te accinge vīnum quā op̄ Modus timū & magna quantitate, ponēdo in multis circū, ita vt possit bona qualitas separantur in quamlibet circū virtutem ingredi. Et cum totum vīnum fuerit distillatū, di iiii elem̄ pones ipsum a parte, & flegma quoque segregatim seruabis. Et vīnum distillatum ponatur semper fecis suis, & cum flegma ab ipsa terra rancidū a fecibus suis fuerit extractum, remanet in fundo ipsa terra. Quum ergo eguis terrae, que est materia combustiva, vt supra dictum est, optimelatur cum flegmate, vt iam monstratum est, vt nil de substantia combustione olente renaneat, & per hāc ipsa aqua virtutis iustificatur. Est etiam aliud modus subtilior. Quācum ipsum vīnum fuerit extractum a fecibus suis recipiat flegma, cum hoc quod in distillatorio remansit: aqua vīnum di stillatum separari, & in caldari tamdiu ad ignem temperatum coquatur, donec in spissitudinem mellis liquefacti educatur. Postea ab igne removetur, & frigescat: vīsque in diem sequentem & videbis lapillum quasi modo in fundo residētem: ita darum: sicut si esset sal nitrū. Deinde coletur aqua: & oleum supernatans & ipsum flegma super lapide vel terra prædicta fundatur, donec a fecibus suis clarificetur. Hoc facto: secundarie bullatur: & infrigescatur vt supra. Et hoc factoties, donec terra ab ipso separetur. Deinde exsiccabis ipsam in fumo reuerberatiōis; in vase mundo, quod in superiori parte sit apertum.

Et in hac fornace reuerberatoria tamdiu calcinabis: donec in substantia F iij albidi

inguib⁹ est omne corruptibilis mſu⁹


Rectificatio quattuor elementorum.

albissimam niui similem conueratur. Tamen ante omnia reperabis ignem; ne a nimio calore materia fundatur; quia si hoc sit eret magis alchimie & medicinae conueniret. Et quum ipsa terra fuerit sat calcinata; ponatur in vitrum cum collo longo; super quam ponatur vinn supra distillatum; quod debet a suo flegmate esse separatum. & pertretat in balneo Maris; per duos aut tres dies. Postea per alembicum distilletur & videbis ipsam terram cum aqua in alembicum acedere; sicut clarum crystallum. Et in hac aqua potest resoluti purum aurum; laminatum in tenuissimas laminas. Melius tamen foret; si essent folia auri; quia facilius resoluerentur. & in substantiam potabilem conuerterentur. Fiet etiam aurum potabile; separando quod liber quattuor elementorum segregatum; & deinde extra hendo quintam & sentiam in qua poteris soluere Solem; & in aurum potabile permutare. Praesupponitur tamen; quod aurum sit in tenuissimas bracteas laminatum. Et ita quod spiritus; sicut anima a flegmate suo tanquam a corpore abstractus est per alembicum; ipsa feces sive terra; quae ultimatim in distillatorio remanenterunt accipiantur; & quater tantum de suo flegmate; & impontantur in balneum Maris per dies nouem; donec bene purrent.

VIDE FOLIO XXXV.

Postea distilletur per alembicum; & exhibit oleum citrinum. Et quando non poterit plus ascendere in alembicum; scias tria adhuc in distillatorio remassisse elementa. Videbis enim ipsam aquam sive flegma exire darum; aer autem in fundo remanet; sicut oleum aureum. Postea separetur ignis a terra; accipiendo quatuor partes flegmatris; & vnam partem terre; & digeratur in Balneo Maris cum igne violento; & videbis oleum rubicundum; in quo est elementum ignis & aquae. Et ita habebis quattuor qualitates separatas; quas reduces tandem in quintam essentiam; ita quod terra calcinet in fornace vitrearia per tres hebdomadas; deinde supfundes flegma; & digestas septies; & toties distillabis. Et ita habebis aquam solis; in qua poteris resoluere Solem subtilissimelaminatum. Et scias; quanto plus ultra iesum vices de terra sua; quam etiam diximus lapidem philosophorum; digestillaueris; tanto nobilior; praestantior; virtuosior; & efficacior erit; ad resoluendum. Et quum in hac aqua volueris resoluere Solem; habebas folia auri subtilissima; & ponantur in vitrum cum collo longo; & quum habueris

vnam



rectificatum afferi  
bus suis,

separatio Veras elem  
tis,

Nota et ex hoc  
verabis.

aqua So  
lis.

De auro potabili absq; terra vel aqua forti. XXXIII

vnam partem de auro, superinfusa tres partes de ipsa aqua vītā, que de terra p̄adicta per septem vices sit distillata, & ponatur in balneū Mariæ donec resoluetur. Et ita potest fieri aurum potabile, ad sustentandam naturam humanam: & omnes eritidines expellendas, & ad faciendum hominem reuiuiscere, cum a quodam medico censeretur mori: & ideo omni tempore habeat secum. Notandum est etiam, qualem habeat virtutem ipselapsis: per quam operatio aquæ completeretur, quia spiritus ubi vult spirat. Et ideo quicquid hanc artem ignorari ostendat & manifestet, est maledictus. Qui vero doctis & sapientiæ amatoribus: hic auro est coronadus: hic cedro digna locutus. Et multi hanc scientiam quaeruerunt, sed pauci eam inuenierunt. Quum ergo habueris quatuor elemēta separata quodlibet singularum referuabis. Nam quodlibet singularem habet operationem. Et oleum quod ab aqua rubicunda separatum est perelementum ipsius ignis optimè coiūcit adolescentibus, & eos in vigore, robore, venustate, & pulchritudine corroborat, nec patitur aliquem sanguinem putrefieri, omnē etiā coleram educit, & legma omne expellit. Est quoque maxime generatiuum, sanguinis & spermatis. Ideoquæ quicquid voluerit eo vti, sepius debet fleu bothomifare, quia alioquin venas penetraret. Et si homo antertrigesimum annum eo vtratur maxim opere crevit, ita q̄ omnes mirentur. Valet etiam ad visum recuperandum, dum omni die vnam guttam in oculum immittas: per spacium vnius mensis. Conducit etiam maximopere ad auditum perditum. Elementum autē ignis est ipsa aqua rubicunda, que de oleo antecedenti est distillata: Et hoc ad oīa supra scripta valer. Et ex lenibus facit apparere iuuenes in colore. Debet autem vti cum modico aquæ vītē, sed iuuenescit optimo vīno. Tollitoq; eritidines senectutis, & ideo appellatur Elixir vīte. Et hoc est maximum secretum in medicina, quod nūquam ab aliquo medicorum tractatum fuit, sed beneab ipsis philosophis. Qui autē medici de ea retinuerint, id ideo arbitrio euentile, quia habet quādā acuitatem, quā de terra sue de lapide philosophorum attraxit, & ideo non conductit virētibus, est tamen securius q̄ id quod fit per aquam fortem.

De auro potabili absq; terra vel aqua forti. Ca.xxv.

 Odus autem faciendi aurum porabile absq; hac acuitate lapidis vel aquæ forti, sic est. Accipe mel & guttas guttatum iu per marmor funde, addendo & superimponendo ipsa folia ari, sepiusteredo, sicut sic auro velis scribere, ita vñil penitus de auro apparet. Et tā triueris ita. 3.ij. vel. iij. de auro, sines ita stare p̄ horas viginti quattuor. Poteris enī addere de sale cōmuni p̄parato, sed non est necessarium, nisi vīcītūs materia teratur. Quicquid mas  
F iiiij teria

igit omni Tempore  
Jecū habet,

Aeris  
virtus,

Efficacis  
ign.

Elixiri  
vīte.

**De auro potabili absq; terra vel aqua fortis:**

teria ita residerit per dictum spacum, ponatur in vas argenteum, vel in cipham latum, superinfundendo de aqua tepida, distillata a melle: vel de aqua fontis distillata: & mel ab ipso auro separabitur. Si autem imposueris sal, hoc modo quoque separabitur. Deinde colabis ipsum sal, superinfundendo aliam aquam distillatam desuper: & reficeat: ut supra: & soluetur pari modo ut dictum est. Et cum sal immiscueris, sepius ita facies quod si nullum immiscuisses: donec totum separetur & refoluatur. Deinde iterum superinfundas aquam: forma praedicta, & imponas in cucurbitam, distillando in balneo Mariae, ita ut solum aurum in distillatorio remaneat: & quod sal & mel ab ipso separetur. Si vero non admiscueris sal, eo longius super marmore rendum est. Quando vero totum mel ab auro fuerit distillatum, superimponatur, & iterum distilletur, & hoc facies duabus aut tribus viciis. Vt timo autem, quando perfecte cognoueris: totum mel ab auro esse separatum, superimponatur de optimo acero: ita distillato, ut supra docuimus. & sit demeliori vino, quod poteris habere, aut quod de vino cocto sit distillatum & distilletur quartuor viciis. Quum vero ultimum ipsum acetum distillaueris: ab ipso distillentur tres partes, & quarta pars remaneat in fundo distillatorij. Quia (ut supra dictum est) distillato aceti & vini, contraria fibi inuicem sunt. In vino enim melior materia primo, in aceto vero ultimo distillatur. Hanc igitur quartam partem, quae in fundo remansit, debes fundere super ipsum aurum, & ita quiescar per tres dies, postea distilletur simul. Deinde rotidem de acero distillato superimpones: sicut in primis, sed oportet quod sit positum in fimo equino, vel in balneo mariae. In hoc ergo aceto aurum subtilissime soluitur, deinde per distillationem iterum ab auro separetur in balneo maris. Postea superinfundatur flegma de aceto distillato, & iterum ab eo distilletur in balneo mariae, & denum flegma superinfunde de flegmate, & distilla iterum pari modo. Et hoc fac toties, donec ad numerum septuaginta peruenieris. Postea quum fuerit lepties distillatum: imponatur de aqua vita, & iterum per distillationem separetur. Vt item superinfundes aliam aquam vitam: quae nullum in se habeat flegma, & ab eo pari modo sequescretur, & hoc sicut duobus modis. Et haec forma distillabilis subtilissime ab ipso auro mel: acetum: & flegma: una cum aqua vita: & est optime digestum & preparatum, ad soluendum indigestiuo vel circulatorio in ipsa aqua vita: quae est quinta essentia. Quum autem volueris facere aurum potabile. Accipiatur de prædicto auro resoluto: & supra scripta aqua vita superinfundatur, cuius duodecim partes a lapidis philosophici una sint distillata. Et ponatur ad circulanum in balneo mariae: per dies quadraginta, vel diutius. Et ita resolute aurum in aqua citrina. Sed quum omnia ad aequum sint iudicanda, haber in se quandam mordacitatem vel acritatem ex ipso aceto distillato & quinta essentia, quae est distillata

frillata per ipsum & de ipso lapide philosophorum. Et per hunc quasi per aquam fortē potest solutiārum, non tamē est ita nocium, sicut fieret p aquam fortē, licet quidam sint eius opinionis, ut censeant hominibus sanis non esse valde vtile. Aliquando enī videmus aliqua utilia esse ergo tis, que sanis possunt incommodare, & hoc sit propter violentiam & infectionem naturę infirmi. Sed quum ipsum aurum potabile debeat potari ab sanis, vt in sanitate pristina conferuntur, nostri recentiores philosophi acceperunt prædictum aurum ita puluerizatum, vt iam auditum est, qđ preparatum sit absq; quinta essentia aceti distillati, superinfundendo veram & rectificatam aquam vitat: ab omni flegmate suo separatam ab his prædicto lapide tres aut quatuor vires, iterum semper ab eo distillando: ita qđ semper in fine distillationis quoddam humidum de auro remansit. Ultimo vero hoc ipsum humidum acceperunt in una parte: & de qua in ea essent partes duodecim: & posuerunt in cucurbitā superimponendo aliē bicūm cecum, & circulando ad minus per dies quadragesima in balneo Marie & habebis quoq; verum & iustificatum aurum potabile, ad preferuādum sanos ab infirmitate, & ad liberandum egratos a morbo. Posset tamen ex tali potu aliquod incommodum oriri ex ratione, quam in supra scripto capitulo non allegauimus, quia in longissimo tempore stomachus humanus possit ex hoc deaurari, per quam deaurationem possit perdere suam consuetam digestionem, ex quo quantum stomacho incommode posset oriri: quisq; etiam minime medicinę gnarus facile dijudicare potest.

Quia ex ratione moti, potius commodare qđ nocere hominibus velim us. Et licet a plerisq; huius scientie peritoribus possim infectari, qđ tantam scientiam omnibus in vulgo propalarim. Hoc eo factum esse isdem respōdemus: vt omnibus eaque prodeesse velimus quum dicat Salomon absconditam sapientiam & absconditum thesaurum nihil prodeesse. Ideoq; verisimilam viam faciēdi aurum potabile pro ingenio liceat docebitur.

qđ medius fidius non sit bene decens, tantum thesaurum referare, tamen id magis prodoctis & bonarum artium amatoribus, quā pro ignariis edūtum est. Ideoq; velim omnes precari, ad quos hoc opusculum nostrum per uenerit, vēsi quid secesseris (quod in docēs propagare nec phas nequaquam est) dixerim: quām forsitan dicendum fore, equo animo consultant. Nam quām diu nō tuq; hoc Ciceronianum mihi obuteraretur, non nobis soli natos esse, sed & partem de nobis sibi vindicare, & partem amici.

Quām sapientissimus Salomon dicit Abscondita sapientia. sc. Statim igitur hunc librum, vt & patre & parentibus meis honori & utilitati fore, in lucem edere voluimus. Licet enim pro in docēs aequo ac pro Doctis ediderimus, non etiam tñ abs te id factum esse quilibet inuidus sciat,

quām summus omnium creaturarū genitor atq; pater aequo lumine so-

*notis siccum fabronis.*

Præcipui modi faciendi aurum potabile.

lari, & probos & improbos visiter. Maledictus enim est qui propriā vitiā  
litatem, &cū p̄ commodo preponit. Et q̄q̄ ab imperitis possit floccipendi,  
scio tamen non nullos dicitorum meam paruam operam v̄sq̄ in cœlum  
elaturos. Ideoq̄ verillimum aurum potabile te docebo, cui meo opinioni  
nullus nostratum philosophorum refragari potest, dum rationes natura  
rales hinc infra positas perspexerit. Scio enim alium inter alchimistas, &  
alium inter medicos esse sermonem. Sed quum certum pro incerto, p̄cū  
cum pro nocuio sit eligendum; ideoq; iplis adhereo medicis, quū Mars  
filius sicinus dicat: nullum vñquam antiquorum philosophorū sequu  
rum fuisse viam hanc faciēdi aurum potabile, quam nostrates philosophi  
nunc sectantur. Quis enim dubitet de sole, quem in aqua forti resoluunt  
quis dubitat de mercurio, cum quo amalgamant (vt eorum utrū vocabu  
lis) quin non sint nocua. Nemo hercule, nemo nisi talpa foret cecior. La  
cer non inficer, ea posse ingredi in aurum potabile, pro egrotis, sicuti ant  
leprosi, venenum enim veneno pellendum est. Sed mediussificus non con  
suluerit eisdem vti, quum maxime (vt quis liberetiam mediocriter doctus  
coniecturari potest) sint corrosiva. Simile est de hoc quod per acetum disti  
latum, vel quod per lapidem resolutum. Non tamen est adeo nocuum, si  
tum hoc quod per aquam fortem dissoluitur, tamen habet quiddam vehe  
mentis acutitatis quam ipsa quintæ esset: a lapide suscepit. Si vero hec ra  
tio minus sufficiens videretur quibufdam, vterius potest probari per di  
ctum Galeni, qui dicit naturalem substantiam aliquid vehementoris  
motus, esse incompatibilem. Cui & Aristoteles astipulat. Quod ita est in  
telligentum, hoc aurum potabile: de quo supra fecimus mentionem, non  
potest fieri, nisi per superficiam naturam igneam ipsius quintæ esset, que  
quidem natura ignea, quum ultra suum debitum terminum sit sublima  
ta, soluit Solem citissime. Ideo mea opinione, talis superficia ignetas ma  
gis incommodat humanæ naturæ, q̄ prodebet. Et hinc non abs ratione inz  
tendens est alius modus subtilior per quem aurum in substantiam po  
tabilem possimus redigere. Deinde si forsan necessarium foret, supra sc̄i  
ptum aurum potabile possit adiungi huic, si aliqua infinitas hoc exigere  
in quantum sit necessarium egrotu: tamen semper adiungendum est de au  
ro potabili ex cordalibus sicut lapidibus, aut margaritis, & ceteris eiusdem  
generis. Iacet nondicatur aurum potabile, quum nullum aurum in eius co  
positionem ingrediatur, possit tñ ita nuncupari: ob excellentissimam eius  
virtutem, & celerrimam operationem. Interdum tamen hoc solo vti licet.  
Aliquando vero mixto cum alio quum volueris celerrime operari ad pe  
nrandum, quia aliud non habet talem virtutem. Interdum etiam ipsum  
cordiale in vsu habere possumus, admiscendo de alio, sicut egrotantis ins  
firmitas postulabit. Et hæc est forma vtendi Auro potabili.

Ante

Ante p̄ ait ad ipsius compositionem perueniam, probaboan sit possibile vel non. Primum ergo, & ante omnia philosophi probant & collaudat ipsum aurum, ea ex causa, q̄ inter omnia metallū est naturā temperata, affl̄maturq; soli propter eximium suū nitorem & colorem. Appropriatur etiam ioui, propter temperie, idocq; calorem naturalem, cu frigiditate mirabiliter potest temperare & moderari: & humores ipsos conferuare ab interiori & corruptione; idocq; virtutem solis & ioui illi attribuimus, quo cum est officiū, attribuere sp̄itu vitale membris interioribus. Hinc philosophi ipsi probant, nullum rem esse aptiorem ad vitam humanā aliquā tulū a corruptione conferuandam, q̄ substantia subtilissimam & du-  
rissimam quasi incorruptibilem, quae ad interiora penetrat mēbra. Hinc ipsum aurum subtilissimam, melaninatum, & cū speciebus cordialibus admixtū, sū puluerē & redigendum. Propterea dicit Ioan. de rupēcīsa nos opere habere considerationem ad operādum possibilia, & impossibilia subterfugere. Videntur enim plura mirabilia de calibe, plumbo, ferro, stagno & argento, quin existimenu majorem esse efficaciam in preciosiori, sicut est ipsum aurum. Videntur etenim (teste Aurescena) aquam ipsam, in qua candens extinguitur calib; si uixum ventris restrin gere, & intestina cograta quasi simul connectere. Quod & in ipso ferro vide re licet. Quāto ex ego magis hoc credendum est de ipso auro: in quo nullum est corruptibile de quattuor elementis, sicut in ferro; calibe, & ceteris. Si enī ipse calib; virutem habet constringendi, & quasi colligandi ipsa vīcera & intestina simul, nonne videatur hoc in auro possibilis, quam superius: defecatus, incorruptus illūq; ipso calibe. Secundo etiam potest probari ex ratioe audi-  
enti & experientia, quum ipsum plumbum sepius funditur in aquam, in qua lamina auri, vel calib; vel ferri sit extincta; videntur ipsum inde resuscitare. Et hinc possumus aperto cognoscere, ipsam aquā abstraxisse vim a materia, qua in ipsa sit extincta. Econtrario etiam per quotidianum usum experimur, q̄ si sudatur plumbum in aliquam aquam, & deinde in eadem extinguitur ferrum, vel calib; vel aurum, manifestissimum est, ipsum mollefcere ex aqua, qua ex plumbo vim extraxit, quam molliciem nō habent ex ipsa natura. Itaq; sicut hoc de ferro & plumbo ex usu quotidiano compertum est, sicut etiam illud de auro. Et hic est verus modus apud philosophos naturales de auro potabili: sicut Marsilius Ficinus dicit. De tripli vita ex ipso per modum subtilissimum extracta. Quoniam omnino falsum li. i. & ii. est credere, ipsam materiam autē ingredi humani corporis compositionē, capi. x. sicut pulcherime probat preallegatus Ficinus. Velerā q̄ corpori humano assimiletur, vel quod in substantiam potabilem conuertatur.

Oportet

*nota dictum Johānis  
de rupēcīsa.*

De auro pota, cum speciebus aromaticis.

Oportet enim ipsam primo in sanguinem transmutari, post hoc in carnem, quod est impossibile propter suam duritatem. Et ideo sciendum est, quod in quibus rebus aurum virtus humanum corpus confortat & sustentat, quae quidem substantia materialis non ingreditur compositionem. Nam sicut ipse magnes per suum nitorem per quem aurum ingreditur, id ad se attrahit, sicutiam ipsum aurum per suum eximum candorem, virtutem infundit aqua, in qua extinguitur, per quam humanum corpus mirabiliter confortatur. Ideoque qui aurum ita convertunt in substantiam potabilem, per aquam fortē, vel (sicut supra diximus) per acumen distillā, magis virtutem suam corrumptūt (quum eam ex ipso extrahere estimet), quod nobilitant.

De auro potabili cum speciebus aromaticis. Cap. xxvi.

**S**i autem velis facere aurum potabile cum speciebus simplicibus, quarum aliquæ educunt superfluum humiditatem, aliquæ vero confortant membra nobilitora. Ideoque tali auro potabili videntur est cum iusto & vero regimine & dieta, vigilandi; dormendi; edendi; bibendi; replendi; euacuandi. Et hoc sit ita. Recipe optimi vini quod habere poteris libras triginta & duas: & ponatur in caldare balnei Mariae, & tantundem distilletur, ut ad unum catarum redigatur.

*intelligit inflavare. VIDE FOLIO XV. fuit fit aqua ad amorem.*

Deinde accipe aliud vīnum, & parī modo distillabis. Et hoc factoties, do nechabeas trīgintaduas lib. vīni distillati. Postea accipies omne vīnum distillatum, & ponatur iterum in caldare, & distilleetur toties, usq; ad consumptiōnem medietatis. Deinde ponatur in cucurbitam & distilleetur tā diu, quo ad omnis substantia aqua recesserit. Postea distilleetur in balneo Mariæ quater, & addantur post distillationem hæ species. Ligni aloescri di, cardamomi, cubebarum recentium ana. 3.i. Cinnamomi, nucis muscati, macis, zinziberis albi, macropiperis, granorum paradisi, sandali vitri usq; a. 3. iiiij. Hec omnia subtilissime puluerisentur, & in vitrum imponantur, superinfundendo vīnum distillatum, optimeque vitrum claudendo ponatur in balneo marie per dies octo, superimponendo alembicū, & distilleetur igne lento. Deinde ponatur cucurb. ē collo longo. Postea addatur aurum purifoliat. 3. iiij gariofolata; ambre bone ana. 3.i. Hęc identidē puluerisentur, & quum in cucurbitam posita fuerint, claudatur & ponatur in caldare, in balneo Mariæ per dies quadraginta & duos in continuo calorē. Postea exaltetur igit̄ usq; ad quartum gradum per spaciū vnius hore, & exti-

## Virtutis Auri potabilis

XXXVII

& exhibita aqua in colore aurii. Et hæc aqua referuetur separatim, quia est ipsum aurum potabile. Deinde accipelibras quatuor de ipsa quinta essentia, & addantur aurum purum, margaritarum, ambræ bonæ, mulcij, amomi, anisi cardamomi majoris, zinziberis, cinnamomi, zedoarie, macis, nucis muscaræ, gario filorum: croci orientalis, cubebarum, ligni aloes, turbiti mundi albi, electi & bene gummosi, agarici albi, quinque mirabolani, foliorum senæ ana. 3. i. raudseni. 3. ij. & semis aloes succotriani. 3. ij. Hac omnia simul coniuncta, ponantur in balneum mariae per vnum mensem integrum. Et quando volueris conseruari aliquem in sanitate, dabis ei in possum de prima aqua distillata. 3. i. Si vero homini malefano & egrioto, ad liberandum de infirmitate dabis ei de aqua prima. 3. i. & de aqua secunda. 3. ij. Si vero egritudo esset valde intensa poteris dare de prima aqua. 3. ij. & de aqua secunda. 3. i. 3. i. Et in hoc recepto est secretum secretorum, ad naturam humanam sustentandam usq; ad terminum nobis a deo prescriptum. Et ideo dicit Avicenna. Recipe de lacia nigra, contundatur in mortario lapideo, & succus quem expresseris, diffusetur in balneo mariae per alebiculum. Parum modo fiat de buglossa. Postea de qualibet aqua cape. 3. ij. ad dantur aurum purum optimi felati grana. ij. bibatur sobrie tribus diebus continuis, corpore tñ prius purgato. Valer etiam aurum predictum cõtra lepram, dum bibitur omni die. 3. i. primit. & secundi. 3. ij. cum aqua caponis veteris distillata. 3. ij. Lullius vero dicit, id debere bibi cum rati fulgeb. Recipe Syru. agrestæ, Syru. acetoli simplicis ana. 3. ij. aqua buglossæ. 3. i. aquæ cicoreæ. 3. ij. fiat iuleb, & detur leproso cum aure prædicto. Iohannes vero de rubescens ait, q; si hoc aurum potabile sumatur cõ aqua celidonie. 3. ij. q; maxime confortat omnes egritudines, principaliter ad febres ethicas & hydropericas. Et nota, q; si adolescentis vtatur hoc auro ad minus duabus Ad febrem vicibus in anno debet phlebotomus faci. Senex vero potest omni die sur ethic. & meregitur vnam cum guttis quinque quintæ essentia frō macho adhuc iε hydro. Juno. S; per horam in tre gram postsumptionem ieuiuet: quia mirabiliter canicem expellit. Cōfortat etiam cor, & cerebrum, & omnia alia membra principalia.

De auro potabili ex floribus cordialibus. Cap. xxvij.

**S**unt in uauerimus, nil vltra de auro potabili scribere, sed verus amor, quæ erga oës studiosos habemus, quo scimus esse auidos, meliora & utiliora legendi hactenus scripta sint. Ideoq; ne longis verborum anfractibus, eorum aures tenerimas obtundamus: ipsum verum aurum potabile edocebimus, quod quidem nullus vñquam philosophorum, quantumvis peritus, improbas repotest: dicendo q; vlo mō sit contrarium nature humanae, quia potest

G dari

aqua pma,  
aqua  
aqua  
aqua pma,  
aqua

aqua,

Nota Q  
far,

De autoreportabili ex quinta essentia per lapidem;

dari homini in superextensa & maxima egritu dñe. Et maxime appreba  
tur ab Arnoldo de villa noua: & a dicto Marsilio Ficino. Et licet nō mag  
niseget expensis: non tamen ideo stoccidendum est. Erthocfit ita. Recipe  
buglossam cum floribus radice, herba: & omni substantia in dieclaro: at  
tamen praecedent nocte nulla fuerit pluia. Luna ipsa crecente: in bono  
aspisti leuis & veneris, conteratur cum omni substantia: & digeratur in  
fimo equino per dies octo. Postea distilletur p tres aut quattuor vices, item  
per distillatam materiam superfeces suas fundendo. Postea digeratur iter  
um in balneo marie per dies quattuor vel quinqꝫ. Parimodo capias quo  
ꝝ boraginem cum omni substantia tempore & lunationibus, sicut debet  
glossa est dictum, semper feces ipsas puluerisando post distillationē: & ma  
teriam distillatam super ipsas fundendo. Et identidem fiat de eddonia &  
melissa. Et quum ab omnibus haerueris aquam distillatam, formā & mo  
do predictis: misceantur simul per partes equales, & ponantur in vitrum  
cum collo longo: ipsum sistendo ad solem. Et hę aquę optime referuentur  
donec volueris eidem vti. Quum volueris ergo facere aurum potabile: re  
cipere aquis predictis insimil mixtis libram unam, ponantur in vaster  
reum, ab intus vitreum, & recipere lamina auris puri, non sophisticati fa  
pondere, 3.xvi. v.d plus aut sicut habere poteris. Sed quanto plus, tanto me  
ius. Et predicta lamina calefiat ad ignem: donec candescat, postea extin  
guatur in aquis predictis toties, donec quarta ipsarum pars sit consum  
pta. Et ita sentit Marsilius Ficinus. Postea optime coletur per pannum lin  
teum mundissimum, & imponatur in vitrum optime clausum. Dehinc  
accipere margaritarum pulueris saturum, 3.iiij. super quibus fundantur aquę  
vitę ex vino rubeo quater distillare, 3.vi. ponantur in vitrum bene clau  
sum, & ponantur in balneo marie per horas, xxiiij. & quum fuerit distillaz  
tum, segregatim quocꝝ custodies. Et quandocumque volueris infirmo opitula  
ri, qui a medicis sit morti adiudicatus. Accipies de aqua, in qua lamina au  
ri fuerit extincta, 3.iiij. & de aqua vita cum margaritis, 3.i. & simul misce  
tur, dando omni vice egrotanti, & sex horis elapsis totidēqꝝ duoz  
decim horis elapsis. Si autem nūm iūm calefaciet egrotantem, dabitus &  
cum Syrupo violati, 3.i. possit etiā capi de quinta essentia ex vino rubeo  
tali, ut supra docuimus, vscqꝝ ad. 3.i. iiij. in qua debet imponi auris puri foli  
ati, non triti vel puluerisati, 3.i. & quinta essentia virtutem & colorem au  
ri ad se trahet. Et hę folia auris ita remaneant cum quinta essentia. Et quā  
do infirmo de aquis predictis dederis: de hac essentia impones tres v̄l quā  
tuorguttas. Vuln̄ etiā Marsilius: q̄ licet lamina auris in aquis predictis  
sit multoties extincta, nihilominus tamen debereponi in ipsis aurifolia.  
Ideo loco istorum foliorum auris accipies quintam essentiam que iam vim  
ab auro suscepit. Et ita habes verissimum aurum potabile, quod est mefi  
us &

De auro potabili ex quinta essentia per lapidem. XXXVIII  
us & preciosius. q̄ si expēderes mille ducatos in exquirēdo utrīus & magis sumptuosum. Habet autem virtutem confortandī cor & omnes humores super vacuos consumit, optimum sanguinem generat & omne malum expellit, iuuentutem conseruat mirabiliter; vrinam prouocat, morbum cardinum curat & maniacos, leprosos etiam nutrit. Sed caue ne aurum alchi-  
mistrarum immitas: quia magis noceret q̄ prodesset, vt ait Arnoldus,  
propter venenosas substancialias, quae in eius compositionem ingrediuntur.

De auro potabili ex quinta essentia per lapidem. Cap. xxvij.

**S**i vis facere aurum potabile alio modo, Recipe de quinta essentia distillata per predictum lapidem philosophorum, in qua impo-  
nantur folia auri, & ita solvantur in dicta quinta essentia; ita q̄ ex auro fiat quoddam liquuum potabile. Et hec est mirabili-  
sis operationis ad vitam sustentandam, & omnes morbos expel-  
lendos, & ad hominem semimortuum refocillandum, & ad pristinam san-  
tatem reducendum, & eo perfectior erit, si imposueris duas partes de quin-  
ta essentia, mellis, ita extracta ut supra docuimus. Ponatur in vitrum circu-  
latorium ita q̄ de aqua vītē predicta sit libra una, & de quin. essentia, mellis.  
3.x. foliorum auri. 3.iiij. ipsum circulatorium optime daudendo in parte  
superiori, & luteum cum ceratali, ut supra docuimus. Deinde ponatur in  
balneo Marie per quattuor aut quinq̄ menses, quia quanto plus circula-  
tur, tanto meliore efficitur substantia, & tante etiam plus ipsum aurum sol-  
uitur, & cum materia alia incorporatur. Si vero non possit habere folia au-  
ri, accipies tres aut quatuor ducatos, & malleabis subtilissime, sicut fit ab  
aurifabris quando volunt de aurare, sed tamen nihil est melius q̄ folia au-  
ri, si possunt haberē de bono auroductorum. Si vero non, & q̄ etiam molles  
aurum ita malleare, hoc modo poteris ipsum in puluerem redigere. Re-  
cipere de auro meliori quod habere poteris, vel accipe aurum florenorum, af-  
finetur & cementetur ita. Recipe aurum partem vnam, anthimonij partes du-  
as, parum de tartaro, fundatur insimul in tigillo, donec tota materia sit li-  
quida. Postea fundatur in fusorium tale.

Et semper agitur, deinde sinas modicum infrigescere, & inuenies ipsum  
aurum in acie fusorijs, & super hoc est ipsum anthimonium separatum. Et  
hīc est optimus modus affinandī aurum. Et cum fuerint omnia infrigida  
ta, rumpatur in acie aurum ipsum ab alia materia, & si non fuerit satis aq̄ aliis mo-  
tinatum, terum cum anthimonio fundatur, & fiat sicut prima vice. Pote dus affia-  
rit etiam affinare Solem pertale cementum. Recipe vitrioli romanī velloz nandi  
co etiū capē salis nitrī rubificati, salis amoniaci, ydritis eris, Boli armeni, Solem.

Ḡ ij pulueris


intelligit de sanguine  
fuso no alchimir /

Modus  
aurum affi-  
nandi p  
cementū

Varia cementa, & modus puluerisandi Solem.

pulueris laterum coctilium  
bene adustorum ana. 3.i.

Omnis hæc optime pulueri  
fentur, & fiat pasta cum vri  
na humana, & fiat stratum  
super stratum in quodam ti  
gillo, ita ut in fundo eius sit  
stratum de dicta pasta, & ali  
ud stratum defuper de flore  
nis, & iterum stratum de pa  
sta, & aliud de florenis; sem  
per ita procedendo: donec to  
tum aurum imposueris, & in  
supremitate tigilli fiat stra  
tum de pasta supra quo fiat  
aliud de calco vitrea. Escripto,  
q[uod] nullus florenus deberat in  
genere alium. Et quum omnia  
fuerint ita imposta, fiat su  
per tigillum cooperculū: q[uod]




in medio habeat foramen cum acu factum, & optime claudatur tigillum  
vndiq[ue] cum luto facto ex crinibus. Quo facto, fiat ignis decarbonibus in  
longitudine palmæ vnius remotus vndiq[ue] a tigillo: per horam integrā.  
Qua elapsa: fiat ignis pars in propinquior per aliam horam, qua quidem  
effluxa iterum parum appropinquetur per aliam horam, vt ipsum tigillum  
attingat. Ultimo vero fiat aliis ignis super tigillum, vndiq[ue] ipsum attin  
gens, & duret quoq[ue] per horam integrā. Hora vero vitrina preterlapsa,  
linas frigescere tigillum, & ipsum frageclo, inuenies aurum depuratum vñq[ue]  
ad extreū punctū vbi nihil remansit q[uod] materia purissima. Et ita poteris  
affinare aurum vñq[ue] ad viginti quatuor gradus sive charatos. Poteris etiā  
alitus mo  
dus affi  
nandi fo  
mentū.  
cementari per cementum regale, vñq[ue] quatuor horis, recipiendo salis cō  
muni præparati partes duas, & pulueris laterum coctilium partem vñā,  
fiat pasta, & incorporetur cum vrina humana. Velsi velis, poteris etiā ali  
finare Solem per tale cementum. Recipe salis cōmuni bene præparati, 3.i.  
pulueris laterum coctiliū. 3.3. vitreoli rubei, 3.i. mercurij sublimati, 3.vi.  
pulueris omnia subtilissime, fiat pasta cum vrina humana. Postea  
faciat stratum super stratum, sicut in primo cemento est enarratum. Deinde  
fundatur aurum, & superinfundatur salis ammoniaci, 3.i. mercurij sublimati, 3.3.  
ponantur paulatim in tigillum, vbi est aurum fusum. Est etiam ali  
ud cementū: quod si hoc modo. Recipe salis ammoniaci, 3.i. viridis eris, 3.i.  
vitreoli

Modus puluerisandi Solem.

XXXIX

vitreoli bene calcinati. 3. vi. fiat puluis siccus, cum quo fiat stratum super stratum, & hoc ultimo modo, quando affinas aurum: de quattuor partibus unius floreni, non remanebunt nisi tres partes. Si autem cupis Solem vel lunam ab anthimonio separare & affinare, addatur parum de tartaro & ipsum anthimonium non poterit attingere Solem vel Lunam. Luna autem tunc debet ad misericordiam Venere. Est autem modus faciendo puluerem ex ipso Sole talis. Recipiantur ducati vel floreni preparati supradicti modis & ponantur ad ignem, donec candescant, deinde malleentur, quantum poteris subtilissime, sicut fit ad deaurandum, postea scindatur frustulatim in minimas bracteas, & pro una parte aurum, addes mercurij partes sex: immo ponantur ita simul ad ignem, & calefiant, donec videas ipsum mercurium fumelcere, & aurum sit in alio tigillo: & calefiant, pari modo, sicut fecisti de mercurio, deinde fundatur super mercurium fumescens: & cum bacillo tamdiu agitur: donec totum fuerit fusum, deinde iterum concutiatur, donec frigescat. Post hoc ponatur simul in cornuum album, sicut fit apud aurum fabros, & optimeligeretur: & exprimatur: ut totus mercurius egredatur ex ipso corio. Reliquum vero ponatur in tigillo ad ignem: donec mercurius fusus, deinde ponatur super marmor: & sepius teratur. Iterumque in tigillo mititur, donec fumus ex mercurio egrediatur, deinde iterum teratur. Et hoc faciat ita sepius terendo & calefaciendo, donec oī fumus in mercurio cefset, & aurum in puluerem subtilissimum sit redactum. Deinde ponatur in furnum calcinationis: faciendo flammanū ignis cum ligno siccō, & non cū

Aliud et  
mentum  
Modus  
Solem  
pulueris  
sandi.




G in carboni

Quomodo fiat aurum potabile cum melle.  
 carbonibus. Et hinc ignis duret quattuor vel quinque horis, & ita calcinetur  
 donec videris Solem a mercurio depuratum & mundificatum, & tunc ha  
 bebis aurum tuum optime preparatum.

Lauetur deinde aurum duabus aut tribus viciis aqua vita, & bene simul misceatur cum culmo penne integro, deinde colabis aquam vitam, super infundendo recentem, & hoc fiat tribus aut quattuor viciis. Deinde exicabis ipsum Solem super parvum igne alius modus pulueris etiam Solem. Postea imponatur in circulatorium supra prunarium. Postea imponatur in circulatorium supra positum cum ipsa quinta essentia vini. Alius est modus pulueris etiam Solem. Facier instrumentum de cupro vel ferro informa cucurbita, hoc modo.

Et habeat collum strictum; habentem in orificio crucem ex filo ferreo factam, in amplitudine vnius formae ducati vel floreni, ita qd non possit cadere intro. Et oportet qd ducatus vel florenus attingat orificium cucurbitae ab omni parte. Hoc ergo instrumentum calefar, & in fundo ipsius fiat stratum de plumbō liquido, inspissitudine vnius digiti super quo fiat aliud detartaro. Et ita semper facies, donec cucurbita sit plena. Postea superimponatur ducatus vel florenus, & ponatur super crucem locando in furnum talem.



Ita qd plumbum sit semper lisquidum. Et quando aurum fuerit aliquatis per in uno latere, super aliud vertatur, & hoc modo fiat obediens ad faciendum puluerem Solarem. Postea calcinetur in furno reverberationis, vt iam dictum est. Ethoc modo poteris facere de quatuor aut quinque florinis alijsq; monetis argenteis.

De auro potabili cum melle.  
 Caput. xxix.

Recip.

De auro potabili episcopi cuiusdam Treueren.

XL

**B**Ecipe salis gemme bene preparati: mellis optimi: fauo absque igne extracti, ut super diximus, aqua vita rectificata, pars tes equales, distillentur omnia simul per tres vices. Postea accipe de hac materia distillata libram vnam, foliorum auri finium quantum volueris, & pone in cucurbitam, ipsam ponendo super cineres. Postea addere rubarbari electi, ligni aloes benetriti, reuz pontici, ossa de corde cerui, musci Alexandrinii recentis, ambra bona, ann 3. i. omnia simul miscantur, & octo diebus elapsi distilla per filtrum, & habebis optimum aurum potabile, ad multas egritudines conducens & corpus humanum mirabiliter restaurans.

De auro potabili ex solo auro & aqua vita. Caput. xxx:

**B**Cippe aurum finissimi 3. iiiij. malleetur subtilissime, & scindatur in bracteas minutissimas. Postea accipe mercurum abluti, 3. i. 5 fiat amalgama posita ponatur super marmor, addendo totidem de sulphure viuo, & bene insimul terantur, deinde ponantur in tigillo super carbones, & sinas ibidem, donec torum sulphur fuerit combustum, posita ponatur in cinerarium. Et iterum deinde pone in tigillo ad ignem, donec ipsum tigillum rubescat. Post hoc amore tigillum, & inuenies Solem in puluorem subtilissimum, coloris crocei calcinatum. Postea ponatur furnum reuerberationis, & aurum tuum erit optime preparatum. Laetetur deinde cum aqua vita simplici, & exsicetur. Et de hoc puluere caspias quantum volueris, superfundatur de aqua vita rectificata totidem, ut ultra aurum emineat tribus vel quatuor digitis. Mitratur deinde in circulatorium, & ponatur in balneo Marie, cum liris lapillis in medietate ponderis auris, & circuletur, ut decet, & ipsum aurum liquefac & resolvetur in aquam coloris citrini vel crocei, ut etiam tingat capillos humanos. Et ita habes etiam verum aurum potabile.

De auro potabili cuiusdam Treuerensis episcopi.

Caput. xxxi.

**V**NUS insignis Episcopus Teuerensis faciebat aurum potabilem modo. Quando distillaueris ipsum aquam vitam, & in fundo distillatorum ipsum flegma sicut materia tenax resedes rit, accipe aquam vitam duabus viciis in Balneo Marie distillatam: fundendo super hanc materiam nigram: dum fuerit infrigidata, & ita etiam per diem & etiam noctem resessit ipsum flegma. i. ipsius fons.

*De auro potabili optimo.*  
*nota e* *farqua.*  
*Voc est* *Verum aurum,*  
*potabile, quia aurum*  
*in materia potabili no-*  
*pote, disolutio si pruit*  
*tum, s. f. que ipsam et*  
*teria est, incolora, trifa-*  
*lino, reducta, ut tangit in*  
*separatione, or. elemotorum*  
f. 15.

. NO.

. F.

De auro porta episcopi cuiusdam Treuerensis.

neat. Postea ab hac materia aqua vita iterum abstrahatur per distillationem lento igne, donec ad materiam ipsam peruenieris, & fiat tepida, si volueris vitrum reseruare integrum. Deinde fundatur aqua fontis super ipsam materiam nigrum, in altitudine sex digitorum, & ita per tres aut quattuor dies quiescat. Post hoclauabis ipsam cum alia aqua fontis, & inuenies substantiam sive materiam in fundo: sicut si esset arena, & ei ipsa terra, quam lento igne exicabis. Quum autem fuerit siccata: fudatur super eam de aqua vita rectificata in altitudine quattuor digitorum, & si nas ita permanere in balneo Mariae per horas viginti quattuor, claudendo orificium vitri cum alio vitro, & clutando cum cera tali, ut supra dictum est. Post hoc ipsa aqua vita iterum abstrahatur, & hoc facies sepius. Quia quanto sepius fuderis, & iterum per distillationem abstraxeris, tanto melius. Et quando ipsa terra fuerit exicata, ponatur cucurbita ad arenam, sepeliendo ipsam cucurbitam in ea usque ad collum, & abstrahatur igne fortoties, donec nullum fumum in alembico conspexeris, non amouendo ipsum receptaculum. Quia oportet quae aqua vita & spiritus sive fumus ille simul immisceantur, & ita habebis duo elementa, scilicet ignem, & aerem. Post hoc accipiatur terra, & opime super marmore teratur, & ponatur in cucurbitam, superinfundendo de aqua vita rectificata: in altitudine trium aut quattuor digitorum: & impone in balneum Mariae per diem & noctem, donec soluat. Et quia fuerit soluta, frigefiat, deinde abstrahatur iterum, & exicetur ipsa terra ad Solem, quae cum exicata fuerit, deber ponit in crucibulum, lutando ipsum optimè cum luto sapientia, & calcinetur in furno reverberationis: per horas quattuor. Deinde frigefiat, & iterum super marmor teratur, & in cucurbitam ponatur superinfundendo de aqua vita rectificata, & ponatur in balneum Mariae ad soluendum. Deinde iterum abstrahatur aqua vita & terra iterum calcinatur per horas quattuor, dum fuerit siccata. Veleiam potest ira comburi, ut candescat: deinde iterum soluat in balneo Mariae cum aqua vita. Et tortes solues & calcinabis: donec non poteris ultra calcinare vel soluere: & hoc fit communiter in septem vicibus: dum magister recte operetur. Dum autem volueris cognoscere, quando ipsa terra non soluitur ulterius: accipiat parum de ea terra: & exicetur ad aeren: & de aqua sua superinfundere tres vel quattuor guttas, si soluitur, signum est: ipsam adhuc non esse sat preparatum. Ideo oportet ipsam iterum soluere in balneo Mariae: deinde calcinare: donec verum poteris habere indicium, ipsam non posse plus solui. Ultimum vero deber exiccati: & calcinati: & frigeferti: & tunc est pro se sola, & ignis & aer ab ipsa sunt separata. Deinde sumantur omnes illae aquae: cum quibus soluisti terram prædictam: debent ponit insimul in cucurbita, vna cum ipsa terra, ponendo simul in balneum Mariae & addendo de ipsa quinta essentia, & abstrahatur usque ad medietatem cum igne

Vide f. 18.

igne lento, & anteponatur aliud receptorium. Deinde ignis augmentetur, donec omnis humor & materia flegmatica ab ipsa separetur. Quo facto, magis crescat ignis ad expellendum ipsos spiritus, donec videris parvas purulas in alembico apparentes penitus transfixas, deinde iterum calcinetur, & solvatur, sicut superius fecisti. Et hoc debet fieri septies, & toties semper terra solvatur, & calcinatur. Deinde teratur iterum super marmor, & ponatur in pellicanum ad circulandum in cineribus, & solvendum per dies octo, & videbis materiam ipsam coagulari. Si vero non haberes pellicanum, debet ponni in tale circulatorium.

Quumque videris materiam esse ita coagulatam, debet iterum solui in balneo Marie, & deinde iterum coagulare in cineribus. Etochfiat toties, donec exeat materia sicut oleum, & est ipsa quinta essentia. Si vero non haberes pellicanum vel circulatorium: accipiantur duae cucurbitae vnius magnitudinis, alteram super alteram imponendo: quum fuerint in orificio amboq; optime politae & ad aequaliter. In quibus imponatur ipsa terra calcinata, & tantundem admisceatur de aqua in fluxu, donec ad ipsam distinzione finapis reducatur, & fiat canale ferreum in circuitu coniunctiois ipsarum cucurbitarum, ipsas lutando circa cannae cum terra tali, ut supra dictum est, & ita sit quasi alembicus catus hoc modo.

Deinde ponatur ad circulandum in balneo Marie. Potest distilletur per alembicum cum igne bono: donec materia sicca in fundo remaneat, & aqua quaeratur ab ipsa est distillata, referuetur. Deinde superinfundatur aqua quaeratur quam in prima circulatione ab ea collatis, super ipsam materiam: circuletur per dies octo: iterum distilletur, & hoc de octo in octo dies semper facies: donec aquae omnes imbibantur. Et hoc facto: omnes aquae colligentur in unum vas: & supfundatur de aqua virte rectificata: & ipsa materia calcinetur prius per horas quatuor in turmo reverberationis, donec fiat cædida: semper ipsam ponderando prius: ut scias, quātū augmentetur: Quo facto: ipsam rursum cæs aqua suis in circulatoriū ponas: superimponendo alembicū catus, ipsas lutando: ut supra. Deinde mittatur ad circulandum in balneo per menses duos: vel ultra, secundū q̄ quantitas aliquantam materiæ indiget. Deinde quā depositueris alembicum catus, inuenies ipsam doctis: et materiā in fundo circulatoriū translucens & clarā: sicut est cristallus aliquis: trinitatis in magni-



*i. feos que infundo  
vasis romane pecte.*

Et de mirabili eius virtute.

